

(fucht, pestilentiae) *nit ensafs.*  
*Sunder in der ee dez herren ist sein*  
*wille vnd in seiner ee gedenckt er*  
*tag vnd nacht &c.* Non defunt  
 glossemata. Ita fol. 97. Pl. XC.  
*Scuto circumdabit te*, Mit dem  
*puckler vmbfeht dich. A daemio*  
*meridiano*, Von mittentags *wichte*  
 &c. In Litanis multa SS. nomina  
 cumulantur v. g. *Chryfologi*, *Theo-*  
*noti*, *Haymrani*, *Lamperti*, *Os-*  
*waldi*, *Briccii*, *Ruperti*, *Wolf-*  
*gangi*, *Erbardi*, *Wilboldi*, *Ul-*  
*rici*, *Otonis*, *Conradi*, *Wunwol-*  
*di*, *Reichardi* &c. *Otiliae*, *Ku-*  
*negundis*, *Walpurgis*, *Reginae*,  
*Ludmillae* &c. Textui Codicis in-  
 terjectae sunt *Icones* XII. ruditer  
 depictae referentes totidem *Sym-*  
*boli* Articulos, addita Apostoli

figura, qui Articulum illum condi-  
 disse credebatur. Prioribus harum  
 Iconum in dorso adscripta est lon-  
 ga ad Deiparam Precatio, quae  
 infit: *Sancta Maria ain Junckfrax*  
*ob allen Junckfrauen*, *Ein muter*  
*der parmberczighait* &c. Monet  
 in fine Scriptor: *Wer das gepet*  
*spricht dreyssig tag an vnderlofs*  
*mit andacht der soll wissen wes er*  
*vunser liebe frauen bit zeittlicher*  
*pet des wirt er gewert.* *Αυτος εσφα.*  
 De aetate Codicis conjicias ex eo,  
 quod alia manus fol. ult. subdidit:  
*Summa der pletter sind LX vnd*  
*Hundert geczelt an sand Kolmans*  
*tag In (MCCCC) LXVIII iar.*  
 Tardior e celeberrima sed dudum  
 extincta Stirpe Possessor haec ad-  
 jecit:

*Folia 27, 40, 58, 72, 87, 102,*  
*116, 138, 150, 152, uti et primus*  
*et ultimus codicis, numeris non*  
*insignitis, icones xylographicas*  
*insignitas nunc inter xylographa*  
*bibliothecae palatinae asservantur.*  
*(nunc: Inc. II. D. 42.)*

1. 5. K. 6. I.

*Fircht. Gott. Lieb. dein. Nesten.*  
*Vlrich Graue zu Helffenstein*  
*Fh. zu Gundelfingen.*

XL. VIII. 2. 19.

280

Codex membraneus lat. Sec.  
 XI. Folior. nunc 40. f. fat nitide  
 scriptus rubricisque distinctus con-  
 tinet Partem Sacrorum Bibliorum  
 videlicet *Salomonis Proverbia*, *Ec-*  
*clesiasten*, *Cantica* et Libri *Sa-*  
*piantiae* initium. Titulus litera qua-  
 drata est: *Incipit Prologus Sancti*  
*Jeronimi Presbiteri In Libro Pro-*  
*verbiorum Salomon. Chromatio Et*  
*Eliodoro Episcopis Hieronimus.*  
 Principium: *Jungat epistola quos*  
*iungit sacerdotium* &c. Post Pro-  
 logum: *Incipit Capitula*, quorum

cententur LXVI. alia penitus di-  
 strubutione, quam, quae hodie ob-  
 tinet. Initium sic legitur: *Parabole*  
*Salomonis filii dauid regis israel ad*  
*dandam scientiam* (pro sciendam  
 sapientiam) *et disciplinam* &c. Ver-  
 fio ceterum vulgata est. C. nobis  
 XXIX. Versus ultimus deest. C.  
 nobis XXXI. versibus singulis de  
*Muliere Forti* praefixa est litera  
 hebraica *Beth*, *Gimel*, *Deleth*  
 &c. omisso tamen *Aleph*. Praete-  
 rea singulis adjectus est in margi-  
 ne numerus, qui cum anteceden-  
 tium Caputum numero collatus us-  
 que ad LXXV. procurrit, ut adeo

*Elenchus* supra post *Prologum* adnotatus in textu reipsa non observetur. Ad calcem litera quadrata: *Explicit Liber Prouerbiorum Salomonis Regis.*

*Fol. 25. Incipit Capitulatio In Libro Eccl.* Censentur Capita XXVIII. quae nobis hodie XII. sunt. Dein: *Incipit Liber Eccl. C. nobis I. v. 6. pro in circulos suos reuertitur* Codex legit: *in circulo suo reuertetur.* Capitulatio rursus infida; textus enim Capita XXX. exhibet. Ad calcem: *Expl. Liber Ecclesiastes,* et continuo

*Fol. 32. p. 2. Incipiunt Cantica Canticorum Quod Hebraice Sirasim Dicitur.* Nullus hic Capitulum, quae in textu XXXVI. numerantur, praevius Index. Interlocutores hic, ut passim in vetustis Exemplaribus, *Sinagoga, Christus, Ecclesia, Sponsus, Vox adversus Hereses,* quae nomina rubro praenotata sunt. C. nobis VII. v. 8. pro *odor oris tui* Codex scripsit *odores tui.* Ad calcem litera, ut ubivis, quadrata: *Explicit Cantica Canticorum,* et statim

*Fol. 36. p. 2. Incipiunt Capitula Libri Sapientie.* Numerum haec XLVIII. implent, cum hodie XIX. numeremus. Ad calcem eorum legitur: *Explicit Capitula Incipit Liber Salom. Qui Dicitur Sapientis.* Sed mutilus est, et deficit in his C. VI. v. 15. verbis: *Qui de luce — —*

Innexum est Codici huic Fragmentum aliud membraneum Sec. XIII. Folior. 32. in forma octava, quod absque Autoris nomine primo *Adlocutiones* quasdam breves

ad Clerum praefert. Initium primae est: *Et nunc fratres. quia uos estis presbiteri in populo dei &c.* Ultimae: *Statues levitas in conspectu aaron &c.* sed haec mutila est, habetque post se *fol. 49. capite truncam Symboli apostolici Expositionem,* ut adeo folia quaedam media exciderint, id, quod ex antiqua eorum supputatione patet, quae a numero 294. ad 308. tranfilit. Hic porro expositio verborum: *Omnipotentem creatorem celi et terre &c.* sic infit. *secundum ordinem prosecutionis qui in utroque simbolo proponitur. Hic est tertius articulus de bonitate dei &c.* Ultima sunt: *pertinet ad fidelium fidelitatem et fidei firmitatem. et hec de fide dicta sufficiant.* Expositionem hanc excipit *Sermo de Caritate* quispiam, cujus initium: *Ut possitis scire supereminentem scientiam caritatis dei. Eph. III. Inter omnia necessaria ad salutem maxime necessarium est &c.* sed et hic sermo *fol. 6.* deficit. Itaque nec operae pretium est, in Autorem horum fragmentorum inquirere.

## XLI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. 800 Folior. 306. 8. manu currente, sed non una exaratus, rubricisque notatus complectitur: I. E sacris Literis LL. *Prouerbiorum, Ecclesiastici, Ecclesiastis, Canticorum et Sapientiae,* in quibus nihil singulare. *Prouerbiis* subscriptum: *Finitur liber prouerbiorum. Anno 1464. Ecclesiastico vero:*  
Ex-